






1. Pfachler De podagra 1733.
2. Pfachler De saluum crystallizatione 1775
3. Pfachler Docalculis venae primariae et opallioris 1774.
4. Pfachler De sudoribus vestris 1734
5. Pfachler Observ. nonnull. c. earum epiorum 1784.
6. Pfeffinger De struitura nervorum 1782
7. Pfeffinger De vi musculari 1754
8. Pfeffinger De struitura nervorum 1783.
9. Pibault De gonorrhœa puerula 1779.
10. Pichler De qualitatibus medicii 1781
11. Pichler De oleorum pinguinorum et 1781
12. Pistor De foetu cryptopites in abdomen gororapto 1726
13. Planer De asthmate sanguineo 1737.
14. Pongrza De anethymari cinnabaris 1780
15. Prinz De temperamentis 1718
16. Protarow De actione ventriculi hum. in inglesta 1763





DISSERTATIO ANATOMICO - CHIRURGICA

D E

**C A L C U L I S**  
**V E S I C Æ U R I N A R I Æ**  
**C Y S T I C I S**

Q U A M

P R Ä S I D E  
**D<sup>n</sup>. JOHANNE FRIDERICO**  
**L O B S T E I N**

ANATOMIÆ ET CHIRURGIÆ PROF. PUBL. ORD.  
IN ACADEMIA ARGENTORATENS<sup>I</sup>  
DIE 26. JANUARII A. MDCCLXXIV.

SOLENNITER DEFENDET

**J O H . G O T H O F R E D U S**  
**P F Ä H L E R .**  
*Argentineus.*

H. L. Q. C.

---

ARGENTORATI


Ex TYPOGRAPHIA KÜRSNERIANA.



LIBERALITATIS  
OTTONIANÆ  
DOMINIS  
DISPENSATORIBUS  
MUNIFICENTISSIMIS  
VIRIS  
MAGNIFICIS, AMPLISSIONIS, PRUDENTISSIMO  
MAXIME REVERENDO, CONSULTISSIMIS  
EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMIS  
DE RETAM PUBLICA  
QUAM LITERARIA  
OPTIME MERITIS  
UT GRATISSIMI SUI ANIMI TESTIMONIUM  
EXTARET  
HOC SPECIMEN ACADEMICUM  
SACRUM ESSE VOLUIT.

RESPONDENS.





## PROEMIUM.



Quod in hac dissertatione pertractandum ag-  
gredior in chirurgia haud levis momenti ar-  
gumentum, plurimorum jamjam in arte viro-  
rum ingenia torsit; sive consideres, quid de  
calculorum cysticorum existentia, sive de methodo, qua  
diro suo nucleo æ gri liberentur, fuerit prolatum.  
Ita enim comparatum est, ut id, quod non sæpius  
occurrit, nec à probis intaminatisque observatoribus  
repetitum, in dubium vocet ætas ventura, nulloque  
fundamento putet suffultum præterquam ingenio. Agi-  
tata fuit haud ita pridem controversia de methodo  
sectionis, qua cysticus calculus tolli posset, quum ejus  
existentiam Regiæ Chirurgorum Academiæ probaret  
autoritas. Ut dissertatio firmum, quo nitatur, habeat

A

fulcrum, nec repeatat dicta, inspice quæso, B. L. iconem operis calci annexam. Sistit figura pulchre calculorum cysticorum origines, nec vides obscure, quomodo calculi urinæ ramentis alti, intra vesicani se condant, extusque protuberent. Rem ipsam asservat Academiæ nostræ Cymeliarchæum omni tempore curiosorum proponendam oculis. Si methodus, qua tales in vivis tolli possint calculi, Tuo judicio B. L. respondeat, lætor.

## §. I.

**V**esica urinæ receptaculum est, cujus figuram, *a*) sedem, *b*) nexum, *c*) atque structuram, *d*) anatomici tradunt, quæque toties fuerunt repetita, ut de

(*a*) Vesicæ figuram iconem optime expressit WEITBRECHT *in Comment. Acad. Petrop.* T. V. tab. VIII. PARSONS description of the human urinary Bladder. tab. I. fig. 1. 2. & tab. III. fig. 1. confer & ea quæ Morgagni habet Epist. Anat. I. n. 61.

(*b*) WEITBRECHT 1. c. p. 197. §. 6. ita ut ex pelvis positu eam describat, non pone synchondrofin pubis hærere, sed ex parte ei incumbere; antica quippe ejus facies inferiora magis, posterior superiora respicit, & tunc dum vesica urina difuenta est.

(*c*) Nexum fieri per ligamenta ponunt, qua in sequentia dividunt, in Urachi illud, quod vesicam cum media fere abdominis

parte ligat, & arteriarum umbilicalium, quæ eundem ad locum tendunt. Propria autem vesica ligamenta WINSLOWIUS describit Expos. Anat. T. IV. n. 658. 659. quas tamen expansiones tendineas potius & musculosas, quam ligamentosas arbitratur WEITBRECHT vid. Syndesmologia sect. VI n. 12, §. 34. p. 225. seq. quibus lateralia adhuc jungit à peritonæo provenientia §. 35. & Tab. X. fig. 37. lit. p. sistit, de quibus WINSLOWIUM locutum est. c. §. 457, quis cum WEITBRECHTIO rogare posset vid. not. c. §. 35. subiecta.

(*d*) Vid. WINSLOWI. c. §. 450. HALLER Elem. Maj. Phys. T. VII. pag. 315. §. IX seqq.

iis silere satius esse judicaverim , quam frustra verba facere. Quum vero appendicu m vesicæ existentia à fibris muscularibus hujus organi deducenda sit , operæ pretium esse duxi de iis nonnulla hic apponere , usui deinceps futura. Scilicet detracta membranacea tunica , qua posterius modo vesica amicta est , ubi diaphragma spectat , simul & anterius peritonæ productione cellulosa , feriunt musculosæ fibræ spectantium oculos , rubro in his colore , in aliis pallido magis conspicuæ , directione sua & incessu variantes. Aliæ enim longitudinem sequuntur , aliæ magis transversæ sunt. In duo plana illas collectas esse offendis , quorum alterum anterius est , alterum posterius , quæ in vesicæ summitate in se confluere videntur , ubi vesica urachum exigit , quem fibræ nonnullæ amplectuntur vaginæ instar a planis illis provenientes (e). Surgit autem planum anterius à membrana illa glandulæ prostatæ amiculo firmo satis , ut musculosis fibris nexum præbere possit. Observant & illud a Symphysi ossis pubis oriri , áve membranis ea ossa velantibus ; (f) simul & aliquas fibras ire extrorsum retrorsum in membranam obturatores tegentem. His a nexibus fibræ muscularares ascendunt in principio confertæ , sensim quo magis vesicæ vertici fiunt propiores eo magis se expllicant , ut latam hic tæniam repræsentent. Planum nunc

## A 2

(e) Vid ROEDERERI dissert. de fætu perfecto Arg. 1749. fig. I. & II Lit. E E. HALLER I c. p. 318. PARSONS I. c. T. IV fig. I.

ferit. ALBINUS id vidit rarissimum Icon. Anat. Musc. & Scelet Tab. 12. fig. 41. earundem & ortum notat WEITBRECHT I. c. §. 34. p. 225. & seq.

(f) Vid. HALLER I. c. p. 317. quod sexies omnino se vidisse af-

illud posterius eodem ex glandulæ amiculo incipit, faciem illam vesicæ legit, & ad summitatem vesicæ perveniens cum priori amice se jungit, (g) ut fane apparet illud, quod nonnulli incisores nitide luis ico-nibus fistunt (b).

## §. II.

Latera vesicæ à fibris longis non obducuntur, sed aliis est & multiplex illarum, quas hic conspicis, ordo (a). Has uno nomine transversas, aut obliquas vocant, quarum directionem non facile quis verbis describit, nec naturam optime figura exprimit (b), quum nullo fere in punto eadem sit fibrarum directio. Referunt illæ textum quoddam, cuius partes maxi-me in se invicem implicitæ sunt, iis præsertim in vesicis optime videndum, quas carnosas appellant (c).

(g) Aliter ortum plani poste-  
rioris tradit HALLER l. c. p. 318.  
quod à vesicæ vertice incipit, po-  
sterius descendit; cuius fibræ ex-  
planatae rufus coadunantur, & tan-  
dem in prosta se determinant:  
res reddit ad idem.

(b) Vid. præ ceteris fig. PARSONS  
l. c. Tab I. fig. II. Tab. III. fig I.  
quæ à parte posteriore ortum ex-  
hibent. Tab. I. fig I. & Tab. IV.  
fig II. ab antica, figura vero I.  
fistit fibras utriusque plani à ve-  
sicæ abstractas & extensas DU-  
VERNEY t I. fig. 2. & 3 RUTTY  
tab. 3. fig. 12. COWPER MYOT.  
reform. tab. 18.

(a) HALLER l. c. §. XI p. 319.  
WINSLOW l. c. §. 451.

(b) Neque depictæ extant in  
fig. WEITBRECHTI l. c. fig c.  
Tab. I. fig. I. II. lit. D. Tab. III.  
fig. I. lit. B. Tab. IV. fig. II. lit. B.  
PARSONS l. c. nimis multis trans-  
versas fistit, id quod jam HALLE-  
RUS contra hunc autorem allegat  
l. c. not. 9. §. XI p. 319. Me-  
lius vid. EUSTACHIUS Tab. XII.  
fig. VII.

(c) De vesicis carnosis plurimæ  
extant observationes vid. de iis  
quæ Cl. MÜLLER habet in dissert.  
de rara vesica calculi observatio-

Sub longitudinalibus ergo fibris transversas etiam incidere animadvertis ordine eodem, quem in lateribus habent. Id quidem hic monendum est, quod, quo longitudinales illæ vesicæ vertici accedunt, utrinque nonnullæ deflectant, & cum fibris transversis se miscant, ut illarum implicationem sequantur. Primum igitur de hac musculosa pelle notandum consistit in eo, quod illæ nonnullis ex stratis compositæ esse videantur (*d*), quæ autem si separare incipis & fasciculorum tramitem sequi cupis, tot in opere impedimenta occurront, ut nec improbo labore superentur. Quod si rem exacte ponderas, longe intricatiorem esse facile crederes fasciculorum progressum illo, quem fibræ ventriculorum cordis fistunt (*e*). Hæc dum observas, alterum notatu dignum se offert, quod musculosæ fibræ in insigni numero circa vesicam fusæ non omni in puncto se invicem tangant, ut strictus pellis musculosæ habitus surgat; hinc inde enim illius interstitia tunica nerva replet, per quæ, si vesica maxime inflatur, laxior nerva erumpit, interque vesicæ fasciculos protuberat, quod in lateribus frequentissimum est (*f*).

## A 3

*ne Arg. 1768. §. IX. ZUBER de vesicæ urinaria myosis Arg. 1771. §. XVI. & Cl. DE BINGEN de carnositate vesicæ ALTORF. 1758 quibus in dissertationibus plurimorum adhuc autorum continentur observata.*

(*d*) HALLER l. c. §. XI p. 319. de tribus stratis locutus est vid. & WINSLOW, qui quoque de tribus mentionem facit, & postquam de longitudinalibus locutus est, hæc subjugit: *les suivantes*

sont plus inclinées de côté & d'autre, les internes de plus en plus obliques & enfin presque transversales l. c. no. 451. quas HALLERUS transversas & quasi circulares nominat.

(*e*) Cum ventriculo affinitatem habere refert HALLERUS l. c. §. X. pag. 316 fierique reticulatis lacertis inter se conjunctis decussatis.

(*f*) Forsan hoc spectant WINSLOWII verba l. c. §. 451, toutes

## §. III.

Transversæ fibræ ad eum usque locum descendunt, quo vesicæ ostium in urethram terminatur. Peculiaris quibusdam nomine illæ venire solent, ab illis musculis deducto, quos constrictores vocant, & quorum ope in receptaculis continetur intus nondum è corpore eliminandum(a). Hæ autem fibræ, si accurato examini eas subjicis, constrictoris seu sphincteris officio haud exacte fungi possunt, quum di-

*ces fibres se croisent différemment et tiennent ensemble par un tissu cellulaire très-fin, par le moyen duquel on peut artificiellement les écarter les unes des autres en y soufflant; dans les latéribus sic dictas appendices fréquentiores sistant figuræ vid. DE BROKE dissert. de vesicæ urinariae appendicibus Arg. 1754. fig. I. HEISTER Eph. Nat. Cur. Vol. X. obs. II. & Instit. Chirurg. Tab. 32.*

(a) De vesicæ sphinctere multum disputatum fuit, nonnulli eum affirmarunt, plurimi rursus rejecerunt. De musculo carnoso colli vesicæ jam ORIBASIUSS p. 218. AVICENNA p. 15. aliique. VESALIUS eum ante prostatam posuit. Vid. ejus opera pag. 645. Alii sub glandula prostata circumlum ponunt, vid. MORGAGNI Advers. Anat. III. p. 75. Animad. XXXVII. contra quæ insurgit MORGAGNI l. c. nihil neque ipsum neque VULPIUM neque PON-

TEDERAM vidisse testatur, quod tallem sphincterem exprimat. Vid. & SANTORINI Observ. Anat. p. 204. Assumit autem Pseudo-sphincterem MORGAGNI, cui illud negotii tribuit; ejus descriptionem tradit l. c. Animad. XLIV. pag. 90. eadem ex MORGAGNI repetit SABATIER in *Abregé de l'Anatomie par Verdier T. II. p. 253*, qui contra verum Sphincterem insurgit dicens: *ce prétendu Sphincter n'existe certainement pas.* WINSLOWIUS l. c. §. 66: & de sphinctere vesicæ loquitur non in corpore vesicæ existente, sed principia ab ossibus pubis trahente, ubi vesicæ ligamenta In quo loco se se fibra decussant & sphincteris vices in vesicæ collo subeunt. Eum delineat COWPER Myot. reform. tab. 18. n. 13. circa urethra principium fibras circulares ductas offendit, quod tamen natura inquirenti non offert.

rectio illarum maxime ab ea sphincterum differat. Etenim si longitudinales tollis ad glandulæ prostatæ amiculum, in antica æque, ac postica vesicæ parte, apparent transversæ illæ antice maxime collectæ, quæ autem, dum latera petunt, sese explicant, superque illa tenuiores factæ se diffundunt, ut inferiorem colli partem postice plane intactam relinquant, quem locum longitudinalium fibrarum extremum occupat (b). Hoc ita deprehendis, dum vesica aëre distenta est, ut sane, quum circa vesicæ collum illæ non fusæ sunt, ostium vesicæ constringendi facultatem habere nequeant. Quod si vero reliquæ fibræ in se coëunt, illarum actionem & hæ sequuntur, ut in omni imaginabili sectione cavum vesicæ minus reddatur. Hoc tempore nervea & villofa vesicæ tunica, postrema in colli parte eminere, rugamque elevare debent, postice glandulæ prostatæ contiguam. Aut ea pars organi, quæ ostio vesicæ longe inferior est, harum ope fibrarum elevatur, ostioque vesicæ accedit, ut hoc modo ad ultimam usque guttam urinæ receptaculum undique constrictum lotium exprimat vi etiam insigni (c).

(b) Hæc quæ tradidi convenire video cum illis quæ suo jam tempore tradidit FALLOPIUS *Observ.* *Anat.* p. 109. SANTORINUS *Observ. Anat.* p. 19. 203. atque hos viros dixisse quæ natura offert, allegat HALLER *Eém. Phys.* l. c. § XII. p. 320.

(c) Hanc partem alii appellant

& vesicæ fundum, quod sane melius convenit huic quam summittati ejus cui nomen vesicæ fundi imponuat. Vid WINSLOW l. c. § 458. SABATIER l. c pag 245. WEITBRECHT *Comment. Acad. Petrop.* l. c.

## S. IV.

Vesicæ appendices calculorum nonnunquam receptacula a fibris musculosis videntur efformari, dum spastice illæ stringuntur aut alio afficiuntur modo, ut per urinæ iter lotio denegetur exitus (a). Quod hic urina facit, id efficit aër, quum eo nimis vesica inflatur, textumque cellulosum vesicæ tollitur, latera urgentur, ut inter diductos fasciculos nervea & villosa protuberet, totidemque loculos efformet (b). Cœcorum hinc vesicæ recessum nomen & tribuunt illis, quod rei magis convenire videtur, quam si illas vesicæ hernias voces (c). Fiunt autem appendices illæ non uno impetu, sed lento gradu, novis repetitisque morbi insultibus, qui fibras vesicæ affligit.

Atque

(a) DE BROCKE *de vesica urinaria appendicibus* Argent. 1754. Eas juxta observationes deducit five à vesiculis vesicam replentibus repertis, five à calculis, five à nimio potu, ex consensu cum rebus male affectis, & qualicunque causa urinæ effluxum impediente. vid. p. 15. & seqq. cum observ. allegatis, MORGAGNI *de causis & sedibus morborum* L. III. Epist. 42. art. 30. p. 170. LE CAT *Dissert. Epist. sur l'adérence des pierres.* Rouen 1763. §. 29. & seqq. pag. 28. & 29. fibræ ergo illæ superius descriptæ transverse præprimis afficiuntur, ut longitudina-

les transversas superare nequeant, lotiumque exprimere; ab illis enim illud officium dependere dicitur, inde & nomen *Detrusoris* illis imponunt Figura & easdem exprefsit icone dissertationi adjecta, ut & HEISTER in *Inst. Chirurg.* Tab. XXII. f. 1. & 2.

(b) *Acad. de Chirurg.* Tome I. p. 402. ut hernias membranæ internæ HOUSETUS considerat.

(c) HALLER in Boerhaave Vol. III. p. 260. & DE BROCKE I. c. p. 2. MORGAGNI *de causis & sedibus morborum,* Saccularum nomine

Atque de illis hæc multoties in cadaveribus attento observavi animo, quod sæpiissime fundus earum cæcus extus adhuc musculosis fibris tenuibus fuerit obdutus. Raro autem illæ extus fibris nullis instructæ sunt, ut modo nervea & villofa tunica easdem componant (d). Videntur illæ nonnullis inter musculosos fasciculos quasi excidisse, easque extus tela cellulosa excepisse, id quod fortasse rationem præbuit appendices vesicæ hernias nominandi. Protuberant illæ quandoque insigniter, quandoque autem parum elevatae sunt, ita tamen ut videas ostii circumferentiam circumscribi, ablatis internis vesicæ tunicis, musculo veluti orbe, fundumque esse tenuioris structuræ. Occurrit & hoc, quod in iisdem vesicis, quibus appendices sunt, videas appendiculum quasi primordia, id est depressiones in facie vesicæ interna, quæ autem in externa nullis tuberibus distinctæ sunt (e). In eas se insinuat nervea & villofa veluti abrasæ, & illarum depressionum latera undique obducunt. Quum hæ in parte vesicæ postica sæpe reperiantur, plenariam illarum formationem stratum musculosum posterius longitudinale arcere videtur. Eædeni simul & iis in vesicis observantur nullis appendicibus præditis. Excludo igitur ab

## B

nomine veniunt nunc illæ hinc inde l. c. §. 31. pag. m. 171. in *Adversariis* autem *Anat.* III. *Animad.* 36. Hernias easdem nominat. Quid autem hodie sub herniæ vesicæ veniat, docuit jam suo tempore *SALZMANNUS*, vid. doctrinam ejus diff. de hernia vesicæ 1732. vid. & *VERDIER Acad.*

*de Chirurg.* Tom. II. p. 1. *DE BROCKE* l. c. §. 2 not c

(d) *LE CAT* l. c p. 28. §. 30. la tunique interne qui est distendue & poussée par l'urine entre les fibres musculaires ou même avec les fibres musculaires forcées.

(e) *Conf. HOUSET in Acad de Chirurg.* Tom. I & fig. nostra.

his appendicibus ita efformatis, de quibus hucusque præcepi, ea loculamenta, quæ non vesicæ partem extrusam fistunt, sed veluti prolongationem omnium earum tunicarum, quæ vesicam componunt. Mutuant igitur talia loculamenta figuram iis à corporibus, quæ extrorsum vesicæ partem elevarunt.

## §. V.

Hæc huc usque prolatæ fere fistit vesica illa, de qua icon dissertationem illustrat. Proponam ergo paucis, quid in illa observare licuit. Ex valetudinario nostro senile cadaver & macie tenuatum in theatrum anatomicum allatum fuit, in cuius vesica, quæ primo aspectu morbosæ apparuit, appendix obviam venit in postica parte paululum supra ureterum insertiones dirum nucleus includens (a). Illa simul laborabat morbo, quem vesicæ carnositatem vocant (b). In sinistri lateris parte ima vesica protuberabat insigniter, (c) taclu, & intus quid duri inesse, cognovi. Ut penitus nunc hoc urinæ receptaculum lustrari potuerit, aëre fuit repletum, & munda reddita fuit facies externa, inde ejus speciei appendicem esse vidi, cuius ortus crassæ orbe circumscriptus erat, & fundus fibris tenuibus satis autem conspicuis præditus. Alterum autem tuber sinistri lateris prolongatio vesicæ visa fuit, omnibus musculofis fibris instructa, & æqualis cum vesica crassitie. Prostata glandula magnitudinis insignis, & habitus erat indurati. Nunc interiora quoque

(a) Vid. fig lit. g. factæ, qui notabilis crassitie depin-

(b) Carnositatem vesicæ nostræ gitur.  
fistit margo sectionis per vesicam

(c) Vid. fig. lit. c.

lustravi sectione per urinæ iter, prostatæ glandulam, velicam ad verticem usque facta, inde apparuit intus tota posterior vesicæ facies illis depressionibus prædicta de quibus §. IV. dictum fuit, calculis exiguis & sanguinolenta materia refertis (*d*). Urina in vesica contenta sanguinolentum habuit, ut omnī tempore quid de eo ægrotus eliminare debuerit. Internæ vesicæ tunicæ tenues apparuérunt veluti à sanguine abrasæ. Dura autem illa corpora extus tactus ope modo explorata veri calculi erant, quorum minor alter in appendice fuit contentus & apicem suum prælongum in cavum vesicæ emisit, corpus vero totum in appendice latuit. Majus erat illud, ut ex sua cystide nec vi eximi potuerit, cystidis ostio undique arte comprehensum. Major delituit in vesicæ prolongatione, (*e*) ut ab illo receptaculum suam figuram habuerit. Is libere protrahi potuit, non arctione ostio inclusus.

## S. V I.

Postquam nunc ea recensui quæ in allegata vesica vidi, haud abs re esse puto ex plenis & intaminatis observatorum monumentis congerere, quæ ulterius pertractandam materiam illustrant. Atque primum de calculis in appendicibus repertis sermonem facere decrevi, de iis qui plurimum cum his convenient, & intus in vesica membrana penitus inclusi sunt, atque de vesicæ adhærentibus nonnulla

B 2

(*d*) Fig. lit. f f & lit. h h designantur exigui calculi, qui profunde suis in foveis deliteſcebant,

in figura autem producti, ut ex primi potuerint.  
(*e*) Fig. lit. d.

subjungam. HOUSETUS vesicam depingit pluribus celiulis præditam, in quibus calculi facie polita deprehensi fuerunt (a). De alia mentionem facit idem autor, quæ meæ observationi respondet, in qua calculus arcte sua in cystide comprehensus fuit, ut eum prehendere atque extrahere impossibile esset (b). Talis & ea est, quam ill. DE LA PEYRONIE in cadavere vidit, in qua cystidis orificio plica quasi tectum, ut calculus fere visum fugeret (c). GUERINUS & casum notatu dignum recenset, in quo vesica pluribus cellulis distincta erat, quæ singulæ calculos habuerunt (d). PARSONS & vesicam delineat appendicibus præditam, in quibus calculi diversæ figuræ erant, quarum appendiculum orificio ampla, ut calculi intus liberi essent (e). LEDEBOERIUS apud Albinum & ejusmodi calculi meminit, qui in facculo repertus est supra ureterem, cuius pars in cavum vesicæ eminuit, quæ à sacculi ostio maxime comprehendenderetur (f). Etiam hoc trahi posse videtur ille casus Rauii, quem allegat ALBINUS, quo calculus in uretere hæsit, &

(a) Acad. de Chirurg. T. I. p. 395. seqq. fig. I. calculorum fig. G G. Calculorum faciem politam deducere solent autores à pluribus calculis in vesica contentis, qui contra se invicem fricantur, à qua frictione calculorum polita latera derivant; hanc opinionem irritam facere tentat HOUSETUS l. c contra hunc insurrexit LE CAT l. c p. 37. & seq. §. 63. dum refert calculos HOUSTETI prius suisse in vesica, in qua contra se

invicem frictionem exercuerunt, & deinceps forte intrarunt in appendiculum cava jamjam ita efformata, ut alias observari solet.

(b) L. c. p. 398.

(c) Acad. de Chirurg. I. c. p. 400.

(d) Ibid. p. 402.

(e) L. c. Tab. VII. fig. 2. lit. G. C. n. 1. 2. & 3.

(f) Annot. Acad. L. VII. Cap.

in vesicam prominuit adeo illi ceu in sacculo infixus, ut prehensus forcipis ope extrahi haud posset (g). MERRET novissime vesicæ meminit pluribus cellulis præditæ, in quarum una calculus hæsit, nulla arte tollendus (h). Atque hæ fere sunt, quas ætas recen-tior observationes habet. Collegit cystide comprehen-sorum calculorum exempla ex libris observatorum prioris nostrique adhuc sæculi HOUSETUS (i), DE BROCKE (k), & MÜLLER (l), ut in illis colligen-dis supersedere valeam. Gravia sane hæc testimonia sunt, ut de horum calculorum existentia dubia nulla amplius moveri possint. Quod si nunc eos in classes reducere velis, alios sua in cystide mobiles voca-bis (m), immobiles illos qui suis foveis alte infixi sunt. Locum autem, quem hi calculi in vesica occu-pant, haud semper eundem esse offendis, quippe mox in hac, mox in alia vesicæ parte suam sedem fi-gunt (n). Hæc colligere poteris, cum internam ve-

## B 3

(g) Ibid. eod. plures & Rauif-  
eaus recenset DENYS lib. de cal-culo.

(h) *Observations sur la Physique  
l'histoïre naturelle & les arts,  
Paris 1772.*

(i) L. c. p. 403. seqq.

(k) L. c. §. IX.

(l) L. c. §. IV.

(m) Huc trahi videtur illa ob-servatio DUVERNEYI, qui de ægrototo mentionem facit, insignem calculorum copiam, dum vivet,

excernente; in cuius vesica post mortem plures appendices repe-rieabantur. *Acad. de Chirurg.* l. c.  
P. 402.

(n) Appendiculum vesicæ divisio-nem tradidit DE BROCKE l. c.  
§. 2. dividit in eas que in super-ficie externa deprehenduntur, easque minores ac majores esse dicit, & in fundo vesicæ, quales & mea in observatione sunt. vid-fig. lit. b. & in facie interna-  
has autem omnes observationibus ex auctoribus probatis illustrat.  
vid. §. 4. & seqq.

sicæ nostræ faciem aspicis undique cystidum primordiis conspicuam.

### §. VII.

Quod si nunc de horum calculorum origine, quos ab appendicibus, quibus insunt, cysticos vocas (*a*), rationem reddere debes, non multi res esse videtur laboris, eam ita tradere, ut quilibet facile eandem intelligat. Appendices enim illas, de quibus in superioribus dictum, horum calculorum existentiam ponere assumo, quamvis non omnium autorum eadem sententia sit. Dubitant nonnulli, an calculorum prius quam cystidis originem statuant, anve cystidis ortum calculus excipiat (*b*). Ultimam sententiam amplecti me, jubent gravia, quæ ex ipsa natura argumenta desumsi. Observo enim, quod etiam antea allegatum fuit, adesse appendices absque calculorum præsentia (*c*), & iis in subjectis, quibus calculum talem in vesica adesse vidi, aliis in locis adhuc appendices adesse, & in his calculorum primordia. Quum vero appendices in vesica soleant occurrere, jam jam

(*a*) Huc igitur refero calculos quos Galli dividunt, in pierres enkystées, qui penitus in receptaculo tali appendicis inclusi, & châtonnées, quorum calculorum pars in cavo vesica videre est, vid. LE CAT l. c. p. 27. & seqq. §. 25. & seqq. & JOURNAL de Med. Anni 1773, Menf feb. p. 194. illustrat his verbis: *semblables à un diamant monté dans le chaton d'une bague.*

(*b*) DE BROCKE l. c. fusse defuis observ. allegatis agit §. 10 & seqq. MORGAG. de Catſ ſeſt. Sed. morb. l. c. p. 171. nonnullorum & sententias proponit.

(*c*) Vid. exempla nonnulla in Acad. de Chirurg. l. c. p. 401. & 402. sic & DE BROCKE l. c. sic & mea vesica plurimas tales offert. vid. fig. lit. b b.

ea disposita est , ut urina perpetuis impuritatibus plena talibus in receptaculis moram agat suumque tartarum deponat. Hoc fere contingit quum fibræ , si quæ extus in appendicibus adsunt , tantam vim haud possideant maxime ab urinæ copia distractæ , ut exteriores appendicis faciem , dum vesica se contrahit , lotiumque exonerat , interiora versus urgeant , totamque cystidem evacuent . Hinc nova urina & sua sedimenta ponit quæ tandem coacervantur , dirumque nucleum formant , ut is in suo nunc facculo fedem figat . Nec facile tali ex receptaculo valet excidere , nisi maxime vesica concutiatur (d) , quippe inferior orificii ambitus paululum elatior est , depressusque cystidis fundus , ut calculus hac ratione in cavo jam suo retineri debeat Atque hæc dum attento animo rimor , & materiei intus contentæ naturam irritantem mihi sisto & sensibilem vesicam , carnositatem hujus organi inde deducere haud absolum erit , quippe & eandem aliis quoque à stimulis excitatam fuisse lego (e).

## §. V III.

Quamvis nulla meo in casu mentio facta fuerit de calculo membrana penitus inclusa , attamen ut de eo verba faciam , suadet eorum ortus , quem à priori specie deducam . Plurima de iis exempla pro-

(d) Magnam calculorum vim PECHLIN *Observ. Physico-Med. lib.*  
per urinæ iter excernere solent I. *Observ. 7. & 8. DUVERNEY*  
nonnunquam ægroti vid de iis I. c.  
exempla apud PLATNERUM  
*Opuscul. Tom I p. 214. § XV.*

(e) Vid. DE BINGEN I. c.

stant, quæ jam collegerunt nominati autores <sup>(a)</sup>, ut modo præcipua huc referendi animus sit. Sic PETRUS FRANCO in rarissimo suo libro de hac specie locutus est <sup>(b)</sup>, sic NICOLAUS TULPIUS <sup>(c)</sup>, uti videtur, THEOPHILUS BONETUS <sup>(d)</sup>, VATERUS <sup>(e)</sup>, aliique. Hi vero viri rem ipsam intuiti sunt, quos sequuti sunt præcipue PLATNERUS <sup>(f)</sup>, DE BROCKE <sup>(g)</sup>, ita ut etiam explicationem, geneseos ratione, eandem tradiderint, quam nunc proponam, quidque de ea censendum puto subjungam. Hæc PETRUS FRANCO: ce cyste peut être fait, quand la pierre entre de l'urétaire en la vessie: laquelle pierre peut acquérir quelque grosse matiere, si elle se repose gueres à l'entrée de la vessie, dont par ce moyen peut être fait un cyste, lequel demeure adhérent à la dite vessie, & couvre la pierre. Pareillement peut advenir, que la pierre étant engendrée aux roignons, & par la vertu expultrice envoyée en la vessie par les urétaires, que voulant entrer dedans la vessie, est retenue entre

(a) Vid. Acad. de Chirurg. I. c. 402. & seqq. DE BROCKE I. c. p. 15. ex LITTRIO exempla allegat. vid. Ad. Acad. Reg. Sc. Paris 1702. MÜLLER I. c. p. 10.

(b) Vid. ejus Tractatum de herniis &c. Lyon 1561. cap. 31. p. 117. & seqq.

(c) Observ. Med. L. III. cap. V. pag. 187.

(d) In Sepulchreto Anatom. L. III. Sect. XXXII, observ. IV.

p. 1182. ex equa exsectum calculum glabra membrana vestitum. vid. in Hist. Acad. Reg. Sc. Paris 1700. p. 52.

(e) Vid. ejus Dissert. inaug. de observationibus rarissimis calculorum in corpore generationem illustrantibus, Wittenb. 1726. nec non the Philosophical Transactions abridged, Vol. VII. p. 531.

(f) Opus. p. 211. §. XIII.

(g) L. c. §. XIV.

(h) L. c.

*entre les deux membranes, desquelles la vessie est composée.* Eadem fere proposuit PLATNERUS, & ex hoc, uti videtur DE BROCKE (b), qui assumunt rudimenta calculi in copia per ureterem descendantia suum propter pondus, segregando à se invicem vesicæ tunicas, cuniculos formare vel saccum producere, in quo illa colliguntur. Simul etiam à præterfluente urina ad lithogenesis apta mirum in modum calculos augeri putant, ut intra tunicas se offerant. Rationem & ex hac explicatione data allegant, cur saepe in locis tales calculi, qui ab ureterum osculis remotiores sunt, reperiantur.

## §. I X.

Ingeniosa quatuor illa explicatio sit, non mirum tamen inveniri, quæ eam infirment. Quo autem nonnulla contra dictam hypothesin proferre possum, necesse est, ut ureterum insertiones in vesicæ cavum altius repetam, quæ facile vim illius explicationis infringunt. Observant Anatomici ureteres longo tractu inter transversas musculares fibras & vesicæ nerveam interceptos decurrere, donec oblongo paululum ostio in vesicam hient (a). Simul etiam notant fibras albas ligamentosas ureteres superficiale, quæ suis in locis illas retinendi facultatem habere videntur. Et sane quid præstare valebit trigonum illud LIEUTAUDI

## C

(b) L. c. eadem etiam proposuit COVILLARD *traité de la lithotomie* p. 73, qui postquam descendederunt ex renibus se se insinuant inter membranas vesicæ. *Mém. de*

*l'Acad. Roy. des Sciences*: Anno  
1702.

(a) HALLER *Prim. lin. Physiol.* §. 783. WINSLOWI, c. 460.  
& 461.

(b) versus vesicæ collum tendens & fibris ligamentosis validis formatum, quam ut ureterum fines cum collo vesicæ firmiter jungat. Quod si nunc hæc accuratius perpendis, impossibile sane erit, ut calculi rudimenta, quæ à renibus cum urina descendunt, in ureterem ruant, eum distendant, cuniculum agant, & cystidem tandem efforment. Nec à talis calculi pondere multum expectare poteris, ut is inter vesicæ tunicas descendere debeat, quum lofige validior musculosa vis contractilis, & ureterum eo in loco vis resistens sit, quam calculi pondus suis in primordiis valde adhuc exigui. Fibræ cæterum ureterem componentes, & per trigonum collo firmatæ, nec facile à se invicem discedunt, ut inter earum discessum calculus intret, & nerveam inter & musculariem descendant, quum firma ureterum compages sit, ut calculus potius fini eorum maneat impactus, quorum calculatorum exempla pluribus observationibus probant (c). Illius hypotheseos inimicum esse offendit III. MORGAGNI, qui hoc præcipue argumento utitur, quod calculos tales repererit, non modo sub ureterum insertionibus, sed & locis ab ureteribus re-

(b) HALLER *Elem. Phys.* T. VII. p. 379. & figura illud exprefſit REGNERUS DE GRAAF de *Vivorum Organis* pag. 170. fig. 5. lit. d. designat ureterum orificia & extrema linearum illarum albantium, quæ trigonum exprimunt, alto nimis loco depicta sunt.

(c) Vid. ALBINUM l. c DENYS l. c. LE DRAN *Acad. de Chirurg.*

T. I. p. 415. sic & talem ex uretere extraxit post mortem figuræ oblongæ THOMAS ALGHISIUS libro *de lithotomia. Florent.* 1707. Tab. III. fig. VI. & *Eph. Nat. Cur. Dec. I An.* III. *Obser. 23.* p. 502. à CAR. RAYGERO in uretere hæſſe calculum caryophyllum aromaticum representantem, memorie proditum lego.

motissimis (*d*), suasque confirmant & aliorum observations, ut aliam sententiam priori substituerit naturæ magis convenientem. Alii autem olim sententiæ addictus, ac si calculi originem fumerent, dum minutissimæ arenulæ se se insinuarent in glandularum folliculosarum ostia, quæ in vesicæ cavum patent, & ibi sensim augmenta caperent, ut calculus intra vesicæ tunicas contineri deberet. Quum autem attentius rem examinaverit, assensum à cogitato suo prohibere maluit (*e*). Nec à talibus ostiis recipi posse fabulum, colligere poteris ex hoc, quod obliqua glandulæ ostii in vesicæ cavum insertio sit, & interna vesicæ tunica laxa, ut fane nullo tempore quid ab interioribus in cavum exiguum folliculi introsupci possit. Quod si vero quid intraret, fane non intercipi posset, duas inter vesicæ tunicas, multo minus extrosum protuberare, ut potius si caperet calculus incrementum, propenderet in cavum vesicæ, progressuque temporis deberet acquirere pediculum, suum propter pondus & fabricam nerveæ tunicae tunc facillime cedentis. Hoc autem hucusque nulla observatione confirmatum offendit.

## §. X.

Quum prædictam *Franconianam* hypothesis res ipsa convellat, proponam nunc fidis ex observationibus deducta. A vero igitur non aberrare mihi videor, si omnium illorum calculatorum genesis

E 2

(*d*) *De Causis &c; Sed. morb.*  
L. c. p. 171. §. 31.

(*e*) L. c. p. c.

à priori specie derivem, scilicet ut etiam appendices illæ horum calculorum ortum producant. Vesicæ carnositas & fibrarum musculosarum intumescentia à perpetuo stimulo orta atque adacta videntur appendicis ostium sensim minuere, ut illud temporis tractu penitus deleatur; sic calculus qui ante videri potuit, nunc penitus in cystide delitescit. Hujus sententiae argumento esse poterit ille casus Ill. DE LA PEYRONIE §. VI. allegatus, ubi tenue patuit ostium quod ad calculum duxit, quum penitus primo aspectu is occlusus videretur. Docere videtur & eam TULPHI observatio notatu digna, quæ XXXIX. calculos numerat, quorum latitabat unusquisque receptaculo proprio involutus, & quidem tam tecte, ut circa initium chirurgus crediderit, nihil calculorum illic detineri (a). Nec eam sententiam rejicerem, si quis eam defenderet, qua exulceratio vesicæ ponitur eo in loco quo calculus in cystide hæret: quæ si, urinæ vi fracta, ad cicatricem pervenit, accedunt ostii latera, & concrescit eorum caro, ut calculus inde penitus cystide condatur. Atque priori etiam sententiae faventem summa animi voluptate reperi Ill. MORGAGNI (b), quum ex observationibus didicisse se referat facculorum orificia sœpe esse facculis multo minora, ut hac ratione quacunque de causa magis arctentur, & pene aut profus claudantur. Ad id & mea observatio dicit, quum arctum sit cystidis ostium, & maxime carnosa vesica & indurata paululum, quæ tunc ob fibrarum contractionem denegatam, non penitus ostium claudere

(a) Observationem hanc legi in morborum I. c. p. 171.  
MORGAGNI de sedibus & causis (b) L. c. & pag. c.

potuit, ut novæ urinæ impuritates se se applicuerint ad calculi apicem, & ita eum in vesicam prominere fecerint.

### §. X I.

De calculis adhuc vesicæ adhærentibus mentionem faciunt autores (a), quos vero maxime inter se dissentientes reperi. Adhæsionem calculorum arcere videtur mucus, qui interna vesicæ latera, obducit, cui nonnulli calculi existentiae rationem tri-

### C 3

(a) De calculis vesicæ adhærentibus Tractatum conscripsit LE CAT, vid. *Pieces concernantes l'opération de la Taille in fine*, qui jam testimonia afferit, autorum, antiquissimis temporibus eos fidem habuisse; hos autem nec rationem, nec experientiam probare LE CAT l. c. p 22 & seqq. subjugit. Quid igitur adhærentia in proprio significatu sibi velit, indagat, nec quidquam reperit, quod adhærentia respondeat; nec calculos cystide inclusos, nec illos in excrescentiis fungosis latentes, de quibus plures locuti sunt, vid. HOUSETET l. c. p. 407. PLATNER *Opus*. XII p. 208. & seqq. quas & ramosas excrescentias appellat RUVSCH vid THESAUR. Anat. II. Tab. II. fig. I. & Affer III. n. 5. p. 30. seqq. Contra hanc sententiam jam suo tempore insurrexit

COLOTUS, atque eam ab operatibus derivat, qui incisionem vesicæ nimis parvam fecerunt, quam ut calculus inde protrahi posset. Vi insigni dum trahunt, promuntque forcipis ope calculum, fortiter eum adhaesisse illudunt tunc eos, qui harum rerum ignari sunt Nec DOUGLASS. nec RAVIUS nec CYPRIANUS eos admittunt. LE DRAN *Traité des Op.* p. 271. refert de iis. Je reclame contre ceux qui ne pouvant ôter une pierre dans l'opération, se sont faits de cette adhérence supposée un bouclier contre la censure; cuncta HOUSETETI exempla perfringit LE CAT l. c. p. 38. & nullum reperit quod fuisse adhæsionis idea respondeat. Vulgaris si rogas, appellabit sane eum calculum in §. descriptum vesicæ adhærentem,

buunt (b). Glutinosum enim mucum fieri assumunt, quo inviscatur calculus, ut inter se is & vesica committantur. Quod si vero hæc duo secum invicem comparas, natura penitus diversa, ut adhæsionis causam a muco traham, à me impetrare non possum (c). Calculum talem vesicæ adhærere fortasse hac ratione concipis, qua exulceratio vesicæ ponitur, ut sinuofitas exinde surgat, in quam arenulæ lotii se demittunt, & ibidem morantur. Sensim augmentum videntur capere, ut coacervatae calculum forment, qui in calyce quasi nerveæ fixam sedem habet. Fieri etiam arbitror, ut lotium in iis depressionibus, quas appendiculum primordia esse retuli, sedimentum deponat, & calculus surgat. Itaque is suo in loco detentus, in cavum vesicæ prominet, ut ex vesica quasi excrescere videatur. Fatendum quidem est, veram adhæsionem hanc nullam esse, uti recte voluit LE CATIUS, verbum autem, quod rem melius exprimat, non reperio. Fortasse hæc illorum calculorum origo fuit,

(b) Vid. PLATNER *Opus* pag. 216 seductos forsan, sub jungit, suis hos autores à GALENI autoritate, qui mucus calore vel frigore densatum calculo materiem dare assunit.

(c) Mucus calculosa materiæ in urina impedire videtur adhesionem. vid. PLAT. *Opus*. § 16. p. 215. sic vero explicat ROY SCHII casum *Theb. Anat.* IV. Tab. II. p. 23. n. 51. p. 30. n. 78. qui vesicam calculosa materie incrassatam offendit, ut mucus abruius fuerit, quo calculosa materies

in nudas membranas ex urina considit. Hæc ea fere observatio est, quam à SCHEIDIO nostro olim se accepisse refert ROSA in *Diss. de calculo vesicae Arg.* 1721. pag. 14. ubi in pueri cavitas quædam lapidea inveniebatur vesicæ accreta, cui calculus antea per operationem extractus immitti poterat. De calculo laterum vesicæ in fundo adnato loquitur SEGNIZ in BUCHNER miscell. *Phys. Med. Math.* Anni 1718. mens. April. class. IV. art. 4. p. 994.

de quibus observatores locuti sunt, vesicæ adhæsisse. Sic SENFIUS (*d*) clarus olim Berolinensis Chirurgus monstravit discipulis vesicam, ex qua calculum eduxit, qui cum vesica ita coiverat, ut hæc duplicita cum calculo deduceretur. In eadem vesica SENFIUS alium adhuc calculum ei adhærere reperit. Calculi antea extracti latus, quo cum vesica commissum fuit, arenosum & molle deprehendit, duram autem reliquam calculi substantiam. Huc & trahi posse videtur ille calculus, quem dexterimus olim Chirurgus PALLAS, præsente ELLERO extraxit (*e*), qui rupis instar immobilitatem habuit. Exploratus autem digitii ope calculus asper & scaper corallii instar exorrectus, obviam venit in vesicæ fundo. Non dubitavit ille, quin calculus vesicæ tunicis concretus, vel potius inter membranas ejus hæreret. Non opus esse videtur ulteriora exempla quærere, semper enim tales calculos originem suam, aut hoc aut alio prædicto modo habuisse concludere poteris. Concordant igitur etiam hi cum speciebus prioribus, ut in membranis semper fundamentum habeant, & modo differant, ut priores extra vesicæ ambitum, hi autem penitus intra cavum vesicæ protuberent.

(*d*) PLATNER Opus. p. 216. cui portio membranae vesicæ ad-  
§. 18. huc & RIDLINI casus re-  
ferendus, quem in Ephem. nat. (*e*) ELLER in Schediasmat. de  
Cur. Dec. III. ann. V. & VI. calc. vesic. Mem. cincti vel inclusi  
obs. 243. p. 576. de calculo per  
operationem methodo CELSI educto,  
III. n. x. p. 386.

## §. XII.

Nunc & dicendum quid de ea observatione est, quam casus meus habuit, quo calculus repertus fuit in vesicæ prolongatione, cuius ad formationem omnes vesicam componentes tunicae contribuunt (*a*). Eam ortam fuisse autumo à calculi pondere & magnitudine intra cavum vesicæ, ut locum fixum ibidem libi elegerit, cui tandem calculo vesica se se accommodavit (*b*). Vesicam enim in latera quandoque duci, aliamque figuram mutuare plurimis exemplis Anatome probat, non tantum in virili, sed etiam in sexu sequiori, quod à variis causis vesicam prementibus recte derivant. Sunt fortasse hujus prolongationis observationes multæ, quas cum appendicibus prædictis forsitan confundunt (*c*), ut operæ præmium haud esse putaverim, illas exemplis illustrare, quum fini proposito non respondeant. Nec omnia quæ postea de cysticis calculis propositurus sum, ad hanc speciem allegari merentur, quum facilis sit eorum calculatorum extractio, si quis modo eos forcipis ope prehenderit. Quandoque autem illi operari summam difficultatem pariunt, quum non circa

cer-

(*a*) *Acad. de Chir.* T. I. p. 423. intelligit forte hos calculos, quos pierres en poches vocat HOUSET.

(*b*) Id quod jam & DODONEUS indicat *obser. Med.* cap. 45 ROLANUS *Antr.* lib. II. cap. 28. MORGAGNI *de caus.* & *sed. morb.* l. c. art. 30. p. 170. TULPIUS l. IV cap. 48.

(*c*) Hos non confundit MORGAGNI l. c. p. c. non defuerunt, inquit: qui sinus illos à RIOLANO alii que visos cum appendicibus promiscue confuderint, quas ego non à calculis, sed à diutius retenuta urina in vesica observaveram.

(a) PLAT-

cervicem fint, & ex ordinaria via recesserint. Digitus ergo index, quum in vesicam datur, eundem facili negotio detegit, si unum aut alterum vesicæ latus occupat, nec retro recessit, quo nunc forcipem dirigit Chirurgus, calculumque promit. Ita in latere sinistro nucleus illum durum hæsisse, icon clare demonstrat.

## S. XIII.

Transeo nunc ad ea, ut notas indicem, quibus calculi cystici in vesica cognoscuntur. Certum signum esse, calculum in vesica hærerē uno ore omnes Chirurgi præcipiunt, quod ex sonitu colligunt, quem catheter, ad calculum allidens, edit, in urinæ iter demissus (*a*). Hoc autem in calculis hucusque descripit, non semper occurrere res ipsa & Chirurgorum conamina docent. Calculum enim penitus tunica inclusum aut ita tectum, ut si aperta vesica esset, videri haud posset, quem tamen ægroti sentire asseverant (*b*), instrumentum non tangit in vesicam compulsum (*c*). Vertat illud Chirurgus quaquaversum in vesicæ cavo, demittat & in anum digitum, levet inde

D

(*a*) PLATNERUS in *Institut. Chirurg.* §. 359. p. 837. HEISTER *Instit. Chirurg.* P. II. Sect. V. Cap. CXL. §. III. p. 845.

(*b*) Vid. PLATNER *Opuſc* pag. 210 qui hoc assertum proferit. Et præsertim tunc, quum haud exiguae magnitudinis calculus est. Eadem reperio jam apud ARETÆUM L.VI. C.IV. quod pondus calculatorum ve-

ſicæ adhærentium molestum sit.

(*c*) De his vid. PARÆUM is enim jam tunc Lib. XVI. cap. 36. refert, si la pierre est couverte d'une membrane malaisement se peut trouver par la sondé, quod etiam olim G. FALLOPIO evenisse apud MARCELLUM DONATUM legimus L. IV. C. 30. p. 226, de *Medica Hist. Mirab.*

vesicam , ut , si quis inibi calculus , instrumento occur-  
rat , inclinet ægrum in latus , aut erecto corpore eum  
esse jubeat , depleteat urina vesicam , eandemque lotio  
repletam perquirat , cathetere utatur plus minus in-  
curvato , nullo tali in statu nec situ , quo figuratur  
æger , suo fine Chirurgus potitur (d) . Perpetuo in-  
terim incommodo vexatur æger , quod calculi pon-  
dus , ejusque irritatio creat . Ingravescunt etiam illa in-  
commoda , quum aspera calculi facies , & is in cysti-  
de liber est , ut à lotii pressione , & vesicæ contractio-  
ne , musculares fibræ lœdantur . Certa licet nulla cal-  
culi nota sit , de quo hucusque præcepi , ejus tamen  
suspicionem facere possunt lapilli , in renibus denuo  
geniti , & cum urina ob exiguum volumen per uri-  
næ iter eliminati (e) . Huic autem notæ jungitur &  
illa , quam ex digito colligunt in anum dato (f) : is  
enim , si calculus in demissâ vesicæ parte est , calcu-  
lum sentit , per recti intestini & vesicæ tunicas , quem  
catheter non tetigit . Secus res se habet , si nec circa  
vesicæ cervicem est , & alta petuit calculus , nec lo-  
tio emissâ vesica se se contraxit , ut digitus etiam ul-  
tro translatus , calculo non occurreret . In hoc rerum

(d) Encheires hæ sunt , quas  
passim Autores proferunt in ex-  
ploratione calculi , vid . CELSUM  
L. VII. c. XXVI. PLATNER l. c.  
HEISTER l. c.

(e) Vid . DENYS Observ . de Cal-  
culo & HEISTER l. c. qui semel  
de calculo conqueritur , his in-  
commodis sèpius torquetur &  
pag . II. de signis calculi ex pri-

na tradit , cui arenas pusilloisque  
calculos inesse refert . vid . & ob-  
serv . quam recenset BOSIER in  
*Journal de Med.* 1772. mens.  
Oz. p. 351.

(f) Hac de re in calculo circa  
vesicæ cervicem hærente jam  
CELSUS agit l. c. de cysticis , vid .  
PLATNERI Opusc. l. c. p. 210.

statu de præsentia calculi Chirurgus non certus esse poterit. Aliter autem res comparata est, cum iis qui appendici insunt, & acumen in cavum vesicæ porrigitur. In illos illidit catheter, & exauditur sonitus, & eo in primis tempore, quo vesica lotio distenta est, non autem illo, quo vesica urina caret. Rugas enim tunc vesica agit intus, quæ calculum hanc ita prominentem abscondunt. Doloribus & æger discruciatum cum prioris speciei haud ita comparandis. Illi vero & ingravescere solent, quo in se coït vesica, & latera se tangunt, ut ob horridam spinam vesicæ latus oppositum gravi nonnunquam vulnere lædatur. Addunt etiam hanc notam (g), quam penitus rei naturæ respondere concipio, qua calculosus illam in glande pruriginem non sentit, quam maxime moleste ferunt illi, quibus calculus in vesica liber est. Is scilicet tunc asperam si superficiem habet, vehementer irritat vesicæ collum, quod cum glande intimum commercium alit (h). Quum vero is cystidi inhærens, suo ex loco vagari nequit, eum dolorem ab ægro abesse pronum est colligere. Quamobrem nec illud incommodum perstilcunt ægri, quod vesica in calculosis cum recto intestino habet, quodque à mutuo partium consensu recte derivant (i).

D 2

(g) Vid. PETR. FRANCO l. c. omnia tamen signa eadem esse observavit DENYSIUS Obs. de Calculo p. 70 ac si liberi essent calculi, uti & in iis, qui in renibus sedem habent. Horum etiam extreum urethræ afficitur, differentia tamen doloris adesse debet hos inter calculos & illos qui

in cavo vesicæ vagantur, vid. BOUDOU Acad. de Chirurg. Tom. I. p. 422.

(h) HEISTER l. c. p. 844.  
PLATNERUS l. c.

(i) Vid. PLATNERUS l. c. In illis etiam observatur desideri cupiditas ubi novissimæ lotii gut-

Eadem signa modo recensita esse calculi vesicæ adhærentis, prædicere poteris, quum rite perpendis, quæ hucusque proposui. Illud autem discrimen intercedere videtur, quod vesicæ adhærentes distinctius sentias in exploratione, quum eminens magis eorum extremitas sit, si jam in cavo vesicæ augmentum ceperunt, quam calculorum, quos cystis maximam partem condit. Hæ autem notæ si applicantur meum ad casum, participat is de iis, quæ calculis communes sunt, & cystide inclusis propriæ. Tetigisset catheter & eum, qui cystidi inhæsit, etiam eum in laterali loculamento reconditum. Prægrandis enim hujus moles erat, nec arctum receptaculi ostium, ut facili negotio instrumentum allideret. Nec vesica ibidem locorum profunda erat, uti sèpissime esse solet, quæ tactum aliquatenus impedire posset (a). De calculi præsentia Chirurgus explorationis ope certus esse potuit; an autem adfuerint tales, quales vesica obtulit, & Chirurgus id prædicere potuerit, altioris indaginis res est. Adsunt quidem notæ, quibus cognitum est, calculos intus in cystide esse, præsertim quum ii in

tæ exprimendæ sunt, quamvis & hæc nota tunc adeisse potest si calculus circa cervicem hæret & irritationem cum recto intestino creat; quum vero in alio loco hæret, nec horrida spina est, non irritare valet, tunc eo symptoma te ægri non vexantur quod in iis quibus calculi liberi sunt semper notatur. Eam quoque notam ob-

servat DENYSIUS l. c. ubi id tenendum esse puto, quod not. g. retuli. Urinæ excretionem cum alvi exoneratione conjunctam esse in calculosis, præsertim in infantibus docet DENYSIUS l. c. p. 37.

(a) Tale exemplum relatum legis de calculo quem instrumentum non tetigit in vesicam datum ob

exploratione fixam semper sedem habent, qua eodem in statu manente vesica calculus deprehenditur (b). Si vero vesica urina depletur, nec calculus ulla arte reperiri valet, indicium esse poterit, rugas etiam vesicæ contractæ eum abscondere. Simil etiam locus calculi in vesica alienus maxima attentione dignus est, quum calculus liber semper circa vesicæ cervicem est, proprio suo pondere eo tendens (c). Accidit & hoc, ut calculus liber instrumenti ope volvi possit, quum ille adhærens, aut cystide comprehensus, rupis instar, immobilis maneatur. Hujus rei tunc major fides est, si simul in anumi digitus demittitur, & instrumenti ope in vesicam compulsi calculus exploratur. Accidisset hoc meo in casu, si quis attento animo instrumento interiora lustrasset. Obviam venisset cysticus ille, quum is urethræ ostio oppositus esset, ut catheteris curvatura eum ferire deberet. Ne suo ex loco moveri posset firmiter vesicæ infixus. Si digitus datus fuisset in anum, calculum etiam is tetigisset, mole insigni extra vesicæ ambitum protuberantem. Loculamento autem inhærens haud facili negotio instrumenti ope moveri potuisset, quum in latere magis is esset, ut omni in ambitu eum instrumentum

## D 3

vesicæ in ima parte amplitudinem, in *Traité de la taille au baut appareil*. Paris 1747. p. 276.

(b) *Acad. de Chirurg.* 1. c. pag. 47º de eo loquitur in fine ureteris hærente qui autem suo apice in cavum vesicæ prominet sic & cl. BOUDOU 1. c. p. 42. sensit instrumenti ope duobus in

casibus latere in dextro hærente calculum id quod repetita exploratio eum docuit, quod etiam vesicæ examen probavit cysticum calculum fuisse.

(c) Sentiunt eum quandoque ægroti ut quoque manum ad perineum applicent eumque repellant in vesicæ cavum, vid. DENYS. 1. c. p. 49.

ferire non posset. Hoc digitus in anum demissus p-  
tuisset exequi.

### §. XV.

Calculi, de quibus hucusque locutus sum, quandoque in præsens periculum non minus ægri vitam conjiciunt, quam famam curantis Sectio enim jam per se diris cruciatibus conjuncta est, quos vesicæ dilaceratio excipit (a). Moritur sub hisce tormentis æger, & crudelitatis notæ accusatur is, qui operationem suscepit. Hoc in genere de his calculis referre potero, quum rerum statum hucusque descriptum attento animo rimator. Spectant prædicta illos præprimis calculos, qui vesicæ adhærent, & eos qui in vesicæ cavum suo apice prominent. Illi vero, qui penitus cystide calculum inclusum habent, nec asperæ faciei, non multum doloris persentiscent (b). Trahunt eos medicamenta sopientia & relaxantia, quum malum non increbat, nec infestentur acerbius tormenta, nec vires in dies ita fatisfant, ut obsolescente corporis usu, cogantur vitam cum morte commutare. Hæc præprimis autem observas in iis, qui alium statum vesicæ & calculi experiuntur (c), qui anxie curantis opem efflagitant,

(a) Hæc RAVIO accidisse lego l. c. p. 68. qui quoque legem sibi statuit calculos tales non tangere. Ill. DE LA PEYRONIE etiam exemplo patet illud quo hæmorrhagia orta fuit qua æger periiit. Acad. de Chirurg. l. c. p 421. testatur & id HOR. AUGENIUS Epist. I. Lib. IV. PARÆUS Lib. XVII.

Cap. 30 HILDANUS Libro de Li-  
thotomia, BARBETTO Opera Chirurg.  
& Anat Cap XXVI.

(b) Vid. de his ad sum XIII. not.  
g & i. vid. & RUSSETUM de par-  
tu Cæsar. in Acad. de Chir. T. I.  
p. 404.

(c) Vid. ARETHEUS L. IV. Cap.  
4. de calculis vesicæ adhærentibus

nec mordentes calculi ictus a quo animo absorbent. In his tentet Chirurgus Lithotomus, non is, qui Chirurgum se esse putat, sed qui propria & longæva observatorum experientia clarus, quomodo calculum solvat, ut servet ægrum. Solvit facile in præcedentibus sua in cystide mobiles dictos, & qui apicem in vesicam porrigit, ut forcipis ope possint prehendi. Et sequuntur forcipem illi, quos adhærentes vocavi, majori licet incommodo extractio conjuncta sit, præsertim quum altas radices in cystidis primordiis egerunt, nec sabulosa & mollis ea extremitas est vesicæ adhærens. Id quidem dolendum, quod quum jam gravia illa tormenta tulerint ægri, novis rursus calculis vesica proposita sit (*d*). Tollitur quidem calculus, non autem tolluntur operatione facta, nec cystides, nec cystidum primordia, ut vesica debilitate laborans, urinam omnem exprimere nequeat, quæ denovo sedimenta ponit novi rursus calculi primordia. Ut malum eradicaretur penitus, delendæ illæ cystides essent, & applananda quasi vesicæ latera, non visque viribus instruenda, ut per urinæ iter eliminaretur, quidquid dirum illum nucleum formandi ansam præbere posset.

## S. X VI.

Proximum nunc erit de calculos cysticos curandi ratione quid dicere. Eam determinant calculi cystici

dolores creare fundo adhærentes vesicæ nullos dolores facere FERNELIUS refert *Pathol.* L VI. C. 13. . . (*d*) De calculis pluribus success-

five excretis exempla habet PECHLINUS *Obser. Phys. Med. Libr.* I. *Obser. VII. & VIII. Conf.* PLATNER *Opus.* p. 214. §. XV.

præsentia & dira ægrotorum tormenta. Sint licet indicia, calculum cystidi inhærere, de eventu curationis tamen certi quid prædicere chirurgus nequit, præser-tim quum is an mobilitate gaudeat calculus, an immo-bilis ille sit, negandi æque ac affirmandi rationem habeat. Rogandum itaque, an tali in statu suspicere debeat opus, anve suæ sorti relinquendus sit æger ? In hac re dubia fortasse valebit illud CELSI , anceps remedium adhibendum satius esse quam nullum, & in desperatis casibus etiam ad ea præsidia decurrendum, quæ , quamvis tutæ non sint, tamen aliquando proficiunt, cum obscura & tenuis spes semper præferenda sit certæ desperationi. Memor autem sit is, qui opus suscipiet, eorum quæ jamjam annotarunt alii, ut simili in casu eandem operam præstet, novaque in operando sagax excogitet. Facta itaque plaga, qua calculi lateraliter educuntur, sequaces tollit Chirurgus, an autem relinquat reluctantæ? Processisse ita RAVIUM expertæ probatæque audaciæ Lithotomum memorię reliquit DENYSIUS , qui satius esse duxit ægrum non curare, quam frustra & cum periculo calculum agitare (a). Novo exemplo hodierno tempore Rauianam hanc theoriam comprobasse videtur ALBINUS , qui

sectioni

not. 64. & VATERI *Dissert. cit.*  
Huc & forsan trahendæ sunt illæ  
obseruationes, quæ pluries ægrotos  
fectos fuisse loquuntur, vid. DENYS.  
l. c.

(a) *Obser. Chirurg. de Calculo.* Lib. V. pag. 69. ita processit  
RAVIUS postquam infelicem illam  
extractionem fecerat, de qua lib.

cit. p. 68. locutus est DENYS. Hanc extractionem à RAVIO factam foramen in vesica exceptit, quo eodem die ægrotus mortuus est; calculo membrana secta adhuc adha-ret, quem DENYSIUS possidere retulit. Hæc & jam PETR. FRAN-co sententia erat l. c.

(b) *Amor.*

fectioni Rauianæ quondam interfuit, quum calculum forcipe prehendere in cassum studeret RAUIUS, ut relinquendus is esset, quem mortuo dein ægro in extremitate dilatati ureteris offendit. Quantorum quæso malorum causa fuisset, si prehendere potuisset,prehensumque extrahere annis fuisse RAUIUS, ALBINUS subjungit (b). Quum autem docuerint dies, calculos tales non relictos fuisse, & chirurgorum conamina felici fuisse coronata eventu, rerum dignitas postulat, ut de iis nonnulla subjungam. Hunc quidem casum RAUII jam supra cum cysticis calculis convenire retuli, ut eadem curandi methodus adhibenda foret, etiam in iis cystide reperiundis (c). Hac autem de re quid statuendum sit, deinceps proponam.

## E

(b) *Annot. Acad. Lib. VII. Cap. X. pag. 81.* agitata & hæc quæstio fuit à BOSSIER DE LA BOUCHARDIERE *Jour. de Med. l. c.* *Doit on extraire une pierre enkystée ou châtonnée dans la vessie à quelque prix que ce soit ? ou est il plus prudent d'abandonner un malade affligé d'une pierre de cette nature, que de lui causer la mort par une extraction violente, accompagnée de déchirement ?* suivi d'hémorrbagie & de suppuration gangrenose ? atque ejus quoque tentatio est relinquere potius ægrum, quam, ut putat, certa morti tradere, ne quis quos servare non potuit, occidisse videatur. Huic quæstioni respondet LE BLANC *Journ. de Med. An. 1773, Tom. XXXIX,*

propositionem illam nimis universalem esse sententia LE BLANCI est ; allegat enim is casus, ubi absque vita jactura ægri talibus calculis fuerunt liberati, p. 148. seqq.

(c) Refert & hos ibi repertos ad cysticos calculos LE CAT l. c. § 25. p. 27. *La première espece est formée de la doublure des tuniques mêmes de la vessie, entre lesquelles se glisse l'uretere. Une pierre descendue des reins, qui s'arrête dans cette doublure, qui y prend un accroissement, étend cette duplicature soit en dedans de la vessie, soit en dehors vers le bassin ; id quod est Franconianæ hypothesi maxime contrarium, & Rauianas, aliasque observationes confirmat.*

## §. XVII.

Atque primo de curationis methodo calculorum, quos vesicæ adhærentes esse dicunt. Hos curam admittere Chirurgorum observata docent. Simul etiam exinde discimus, læsionem internam vesicæ villosæ & nerveæ, quæ sane convulnari debent, non ita cum vita jactura conjunctam esse, quod olim CELSUS prædixit. Hic enim quum vesica convulnatur, vulnus mortem maturat ex nervorum distensione, multoque magis, si spina aliqua vesicæ inhæret, eamque medens, cum spina deduceretur, dūplicavit (a). Sane hæc verba & ad hanc speciem calculi referenda sunt, & ad eam cystide comprehensi, nec mobilis, & cujus mucro in cavum vesicæ prominet. Celsianæ autem fententiæ non semper fidem esse docet RIEDLINI casus, ubi puerο calculus ex vesica extractus est, cui aliqua parte agglutinata fuit membrana, portio illius, quam intus vesica habet (b). Nec mortuus ille ægrotus est, de quo SENFIUS verba fecit (c), cui calculum ex vesica prostraxerat, qui cum vesica ita coiverat, ut hæc duplicata cum calculo deduceretur. Sic etiam ille ægrotus Cl. olim PALLAS, de quo simul verba feci, in vita mansit superstes, postquam digito separationem membranæ fecerat, quo facto forcipe arctius constrictus lapis avulsionem, denique & extractionem non sine summo ægrotantis dolore permisit. Æger tamen post ingentem hæmorrhagiam, lypothymiam, febreisque inflammatorium

(a) Lib. XVII. cap. 26. pag. Decur. III. Ann V. & VI. Observ.

479. 241. pag 576.

(b) Ephemerid. Nat. Curios. (c) PLATNER Opusc. p. 216.

superatam convaluit (*d*). Quamvis insignia hæc sint observata autorum, semper tamen eo allaborandum est, ut, si exploratio exacte facta fuit, & calculum adhærentem esse cognovit Chirurgus, digito primum molliatur opus, quo eum à loco abstrahat, quoad potis est, & altitudo sedis calculi permittit (*e*). Forcipem enim si statim admovet, vique trahit calculum, nec æger bene valet, cum vitæ jactura conamen statim conjunctum esse poterit. Symptomata à dilaceratione facta ingravescunt, quæ mors sequitur, nervorum distensione prægressa. Si vero hæret circa vesicæ cervicem, ita tamen, ut eum digitus adire nequeat, necesse erit digitum in anum demittere, quo vesicam chirurgus levet, alteriusque manus digito in vesicam dato, calculum is solvat, & solutum forcipis ope evellat.

### §. XVIII.

Majorem difficultatem pariunt illi, qui cystide comprehensi sunt, & cujus orificium arcte calculi quasi collum amplectitur. Hoc enim, si forcipis ope prehenditur, nec calculus firmioris compagis est, sed arenosæ & mollis, abrumptur, ut corpus ejus in cystide maneat (*a*). Erit tunc illa medendi metho-

#### E 2

(*d*) Vid ELLER l. c. T. IV. Part. III n X p 386. de calculo vesicæ adhærente & feliciter extra-  
eo locutus est PRESTON in Trans-  
act. Philosopb An. 1696. p. 222,  
art. 3.

(*e*) Ita processisse Cl. PALLAS

in observatione legere est. vid.  
l. c. not. d. Hanc encheiresin &  
fusast GARENGEOTUS Acad. de  
Chirurg. T. I p 411.

(*a*) Hoc accidisse lego Cl. BOU-  
DOU in Acad. de Chir. l. c. pag.  
422.

dus adhibenda, quam de calculis tradam, qui penitus cystide inclusi sunt. Quod si vero forcipe prehenditur is, nec collum abrumptur, plenariam ejus extractionem mortem sequi HOUSETUS exemplis probat (b). Huc præsertim trahenda illa observatio est ill.

DE LA PEYRONIE, qui cystide comprehensum calculum extraxit, quem hæmorrhagia secuta est à vasis cystidis disruptis, quæ evitari haud potuit. Mortuus inde æger est, & cystis reperta fuit sanguine coagulato repleta. Annotatum legimus in illa observatione, quomodo hæmorrhagia tolli possit crebris vesicæ lotionibus ejus naturæ, ut ostia vasorum disrupta strinquentur. Quum vero vasorum orificia insignia sunt, & vesicæ status morbosus, cui carnositas jungi potest, & inde contractilitas ejus impedita ob induratam fibram structuram, hæc successum sane à lotionibus sperratum elidunt. Ne igitur hæmorrhagie tales oriantur, fidæ insignis dilacerationis vesicæ comites, aliæ encheires in usum trahendæ sunt. Non autem semper succedere arbitror, quas DRANIUS proposuit in calculo, qui fini ureteris inhæsit (c). Scilicet is, quum calculus evelli haud posset forcipis opeprehensus, lotiones in vesicam impulit, quæ molliunt. Has, aperto vulnere servato, per tempus continuavit, & repetitis vicibus forcipe vulgari, sed prælonga, calculum aggressus est. His tentaminibus tandem fortuna favit, ut relaxato illo urinæ itinere, cui calculus in-

(b) L. c. p. 419. & seqq.

(c) Acad. de Chirurg. l. c. pag. 417. seqq. vid. & tale ibid. pag. 411. ab HOUSTETO propositum, simul etiam injectiones tales jam

fuerat COVILLARD ad emolliendum locum, cui adhæsit calculus, juxta & mentem COVILLARDI. vid. Observationes Jatre-Chirurg. Observ. 2, 3, 12.

hæsit, levi forcipis vi calculus cederet, quem per plagam in vesicam factam eduxit. Quod si vero hanc medendi rationem meum ad casum refero, sive quod idem est, ad calculos, quos orificium stricte retinet in cystide, & qui apicem in vesicæ cavum porrigunt, sane omnes lotiones suo fine cadere autumo: strictius enim comprehenduntur calculi sua in cystide, quam comprehensus fuit ille in fine ureteris. In hoc rerum statu inquirendum est, an sectio quid possit (d) tunicae nerveæ & villosæ, quæ illum tenere videntur. Hanc autem sectionem, quoniam appendiculum structuram attentius rimor, non sufficere reor, sed etiam sectio penetrare debet musculosam tunicam, quæ arctius calculum amplectitur, quam illæ, de quibus præcepi. Atque his ita institutis patebit ostium, ut vulgari & prælonga volsella prehendi possit calculus, & extrahi. An autem sectio talis per prædictas tunicas tuto instituatur, res est, de qua dubitari possit. Si vero eorum observationum fides est, quæ vulnera vesicæ intus absque vitæ jactura facta fuisse loquuntur, non video, quæ majora pericula metuenda sint ab incisione facta, quam à dilaceratione, quæ sane extractionem sequi debet. Nec fatales illæ excoriations sunt, quæ semper vulnera adesse ponunt in interioribus vesicæ, & puris materiem fundunt (e). Hoc autem in

## E 3

(d) Hac de re quoque agit Cl. LE BLANC in *Journal de Medecine* l. c. p. 153, quem & ejusdem sententia reperio, calculos illos cystide penitus inclusos, & inharentes, apicemque in cavum vesicæ immittentes tollendos esse, vid. &

memorabile exemplum GAREN-  
GEOT, qui ita eduxit calculus,  
in antica vesicæ parte harentem.  
*Acad de Chirurg.* l. c. p. 407. & seqq.  
(e) Vid. morbos materiem puris  
fundentes in *Diss. ZUBERI* cit p. 29.  
qui intus excoriationem faciunt.

statu dum res est, allaborandum est, ut frequentes lotiones in vesicæ cavum adigantur, quæ vim urinæ pungentem infringunt. Quod si enim has negligis, accenditur vulnus internum, & vigilia urget, vis corporis minuitur, quæ nervorum distentio & mors sequitur. Nec medicamenta interius omittenda sunt, quæ eidem fini respondent. Sanatur tunc plaga, diro nucleo ex vesica extracto, quem præcedens ætas nos aggressa est, quem suo fato reliquit ægrum.

### §. XIX.

Tuta quamvis illa sectio sit, attamen non omni in loco vesicæ eam institui posse autumo, quod partim impedit altitudo loci, quo hæret calculus (*a*), & tenuis tunicarum compages, quæ vesicam componunt. Sit calculus cystide comprehensus, quæ tenuioris strueturæ est, applicas scalpellum ad sectionem, quam facere tentas, maxime accommodatum, incidis vesicam, quo major fiat cystidis ostium, subtiliter quamvis seces, dilcindis vesicam, in qua foramen fit, per quod lotium elabitur (*b*). Occasio inde suppeditatur ulce-

(*a*) Eadem rationem jam & allegatam reperio in Epistola LÉ BLANC vid. *Journal de Med.* 1. c. Huc sp̄eciant forte & ea verba HOUSTETI, quæ observationi GARENGETTI subjungit *Acad. de Chirurg.* p 411. impedire scilicet magnitudinem vesicæ, ut interiore lustrari nequeant.

(*b*) Cl. PUTEAU *Taille au niveau*, pæritonei sectionem in cal-

culo, qua urina in abdominis cavum intrat, cum morte conjunctam esse autumat, quamvis nulla observatione hanc propositionem confirmatam esse offenderit p. 53. Tribuit ergo mortem sectioni prægrandi, qua lotio via pater in abdominis cavum, cum lateraliter educitur calculus, & simul cum sectione vesicæ peritonæum scinditur. Illudque fieri posse prebat

rum in vesicæ regione, quum lotio in cellulosem contextum pinguedinosum nunc aliqua via patet. Mala ulceris materies sanguini se miscet, & lenta febre hominem consumit (c). Id accidere poterit, si calculus in antica vesicæ parte hæret, à peritonæo nuda; in postica parte, quia peritonæo amicta est, firmius adhuc illud involucrum musculosum obducit, ut à tali incommodo vesica tuta magis esse videatur. Hæc ita dum perpendis, colligis sane hoc, sectionem tutam magis esse, quum calculus circa cervicem vesicæ hæret, quo vesicam levare poteris, in anum digito immisso. Haud ita facilis negotii res est, si alta vesicæ petuit calculus, & prælonga vesica est, àque calculo maxime defatigata, ut plenarie in se coïre nequeat. Tunc etiam digitus ultra translatus in vesicæ cavum scalpelli operam impedit, quo minus tuto sectio fiat. Illis incommodis non obnoxia esse videtur vesica, quæ crassa est, & carnosa dicitur. Tuto itaque illa cystis aperiri posset, quæ meum calculum condidit, absque vulnere per vesicam facto, quum sat insignis ejus crassities esset. Non unius autem lateris incisionem sufficere mea ex observatione colligo, quum corpus calculi prægrande, quam ut unica facta illud exinde promi posset. Itaque utroque in latere incidenda cystis est, quo

CAMPER Demon. Anat par. II.  
Sectioni modo prægrandi vesicæ mortem tribuit LE CAT *Pieces concernant l'opération de la Taille*, p. 86. ubi nihil de lotii refluxu in abdominis cavum locutus est, cui PUTEAU mortem assignat. In Textum cellulosem FOUBERTUS

*Acad. de Chirurg.* T. I. pag. 678.

(c) Id contigisse in operatione alta refert HEISTER I. c. p. 882. & seqq. vid & quæ opposita fuerunt operationi altæ à nonnullis in *Traité de la taille au bant appareil* Paris 1747 pag 40. nec non FOUBERT I. c. p. c.

ostium diametro corporis calculi majus fiat. Si enim ad id non attendis, & sectione instituta, calculum promere tentas ope volsellæ, eveniet id, ut & interiora laceres, & incommoda sequantur, de quibus supra præcepi. Simul etiam illud accidere poterit, ut calculus ita conditus inæqualis sit crassitiei, nec rotundæ molis. In cuius calculi inæqualem superficiem muscularares fibræ se se insinuant, & calculum maxime prehendunt eo in primis tempore, quo vesica sectione irritata se se constringit. Quod si nunc haud ita demisse feces, & si jam eminet calculus per incisiones factas, eum extrahere tentes, dilrumpes vesicam, & læthali vulnere ægrotum afficies. Quapropter nec illos quoque calculos aggrediuntur Chirurgi, fidis observationibus imbuti, quorum superficies inæqualis est, quam per digitum in anum demissum exacte sentire valent (d).

## §. XX.

(d) Vid. Acad. de Chirurg. T. I. p. 399. ubi casus talis calculi, qui extrahi non potuit, recensetur. vid. & LE BLANC l. c. qui & ejusdem sententie est, quam proposui. Eandem propositionem repetit HOUSETETUS l. c. p 418. de appendicibus, quæ vasa varicosa habent & inæqualitatem laterum calculi ingrediuntur, ut mors extractionem sequatur. Contra hanc sententiam de calculi inæqualitate illi. DE LA PAYRO-NIE insurrexit LE CATIUS fusæ nimis idea favens, quam de calculis vesicæ adhærentibus fovevit. Dissertat. Epist. sur l'opinion de l'adhérence des pierres, pag. 43. & seqq.

(a) Hypo.

## §. XX.

Hucusque de vesicæ interna sectione verba feci, qua calculus sua ex cystide promeretur. Dicendum nunc est, quomodo talis sectio institui possit. Vesicam dum intueor, quæ meum calculum condit, hæ encheires perficiendæ mihi in mentem venerunt. Immiat Chirurgus digitum indicem dextræ manus in vesicæ cavum, perquirat calculum, alteraque manu ferat instrumentum per vesicæ plagam ad locum, quem digitus prioris manus ostendit. Figat digito calculum, quoad potis est, ut scalpellum in latera calculi imprimi possit; quo facto, vesicæ pars incidatur calculum amplectens. Quod si nunc sentit Chirurgus apice digiti aperatum magis ostium esse, perficiat necesse est, extracto instrumento, solutionem calculi digiti indicis ope, methodo, quæ proposita fuit in calculis vesicæ adhærentibus. Posset accidere, ut circa cervicem hæret calculus, aut in latere vesicæ, plagæ exteriori opposito, uti meo in casu id videre est, tunc illud faciendum esse autumo, ut minister digitum indicem in anum demittat, nucleum perquirat, eundemque elevet, & quoad potis est, figat, medensque perficiat tunc, quod modo proposui. Idem hoc adminiculum adhibendum esse puto in primo statu, quo digitus medentis solus interiorius opus perficere nequit. Si vero hæret calculus circa vesicæ fundum, nec digitus ultra in vesicam datus calculum tangere potest, uti cystides & cystidum primordia meo in casu se offerunt, illud sectionem tunc hoc modo traditam impossibilem facit,

F



ægrumque suo fato & miseriis relinquendum esse cogit, ni à sectione hypogastrica quid sperare possis (a). Instrumento autem utatur ad hoc opus accommodato (b), quod fortasse hoc esse poterit. Sumat scalpellum prælongum tenuis laminæ utrinque obtuse. Scindat autem una in parte apicem versus, quo convexum sit, in summo extremo autem obtusum. Hoc sequatur immediate digitum in vesicam datum, qui illud dirigit, calculumque hinc inde móvet, & simul digitus in anum démissus ministri illud & perficiat necesse est, fecet id utrinque, quod majus calculo ostium parare poterit.

## §. XXI.

Supereft, ut de ea curandi methodo dicam, quæ calculum cystide penitus inclusum attinet. Incommoda & eum parere, quum mobilis sua in cystide est, & inæqualis superficie, qui dolore afficit ærum, dum vesica in se coït. Calculum adesse cognoscit chirurgus ex iis, de quibus supra retuli, & maxime dum is digitum in anum demittit. Vesicam igitur à latere aperit chirurgus, & dígito perquirit calculi locum. Incidat & necesse est, instrumento eodem, superiorem cystidis partem, diducat apice dígití ostium, ut illud maxime pateat. Iisdem encheiresibus utatur chirurgus,

(a) Hypogastricam sectionem in casu calculi cystide inclusi factam fuisse refert vid. Epist. LE BLANC I. c.

(b) Proponit LR BLANC duo, quæ his nominibus nominat: *Gorgaret dilatatoire & Uréthro-tome boutonné*, quorum delineata

tionem promittit in Libro *Précis d'opérations de Chirurgie*. Applicandi methodum hic omittit, quam ibidem traditur erit. Si figuram nostri cupis, illud ferre offert HEISTER Tab. XXVI. fig. 4. modè differt extrellum, quod illud sit supra propositum.

de quibus antea dixi, ut commode promeretur calculus. Calculo evulso, lotiones in vesicam adigendæ sunt, ut eluatur sanguis, plagæque latera laxentur, ne accendantur. Interna medicamenta eundem & finem habeant necesse est, ut servetur æger. Nec omittenda ea sunt, quæ calculi sectio per se desiderat; sive consideres, quid super abdomen ponatur, sive quibus ducatur alvus, & æstus sanguinis immuniatur. Aliam curandi hos calculos rationem proponuit LITTRIUS (*a*), quidque de ea statuendum sit, nunc proferam. Scilicet is primo posteritati reliquit, calculos vix non semper in posteriori & inferiori vesicæ parte esse, quos ita pertractat, ut digito in anum dato, & cathetere in vesicam depulso, velamen calculi deteratur & rumpatur. Quo facto calculus in vesicam promovetur fibrarum muscularium ope, & sectione laterali facta, forcipis ope extrahitur. Aliam is & methodum indicat adhibendam esse in calculis majoribus & velamento cinctis. Ferramentis tunc & forcipe ipsa per plagam lateraliter factam in vesicam datis, vexari præcipit calculi velamen, donec etiam aperiatur illud & calculus solvatur. Maxime periculis plenam esse etiam hanc medendi viam, ut etiam priorem, intelligit ille, qui, quid vexata vulnera sequatur, perpendit, & iis quidem in partibus, quæ nervosæ indolis sunt (*b*). Has enim nervorum distensionem & mor-

## F 2

(*a*) *Mémoires de l'Acad. des Sciences An. 1702.* pag. 413. & 414. Methodum FOUBERTI suadet adhibendam esse eo in casu, quo calculus circa vesicæ cervicem hæret, & ex eo probat, quod RIEDLINI

(*b*) Contra eandem methodum insurgit etiam HOUSET T. I. c.

tem sequi, observatio docuit iis simul in locis, quibus proficia medicamenta superdari haud valent, nec illæ encheireses adhiberi, quas vexata exposcunt. Proposui fortasse ea, quibus ægri diris vesicæ nucleis liberari possunt. Quid de iis censendum jam audax chirurgorum conamen docuit, & usus experiendo docebit, quale prætium propositis encheiresibus statuendum sit.

æger, de quo supra mentio facta fuit, methodo parva, calculo liberaretur. Incisio tunc supra cystidem extus ducta fuit, qua calculus educeretur; An autem incisiones ultra glandulam prostaram fieri tuto possint; idque

RIEDLINI sectio etiam suadeat parvo apparatu facta? decidere non audeo gravi LE CATII testimoniö fultus vid. *Pieces concernantes l'opération de la Taille*, pag. 62, & seqq.



( 45 )

## THESES

I.

*Gluten ex aqua cum oleo per vitam animalem  
intrito componi, mihi verosimile non videtur.*

II.

*Terram ferri sanguini inesse, qui sibi persuadent,  
magnopere falluntur*

III.

*Gratia sonis dissonantibus plurima inest.*

IV.

*Fætum ore ali adhuc dubium.*

V.

*Peritoneum in hernia rumpi potest.*

VI.

*Male plures circa anum morbi ad fistulas ani  
referuntur.*

VII.

*Angusta spes curæ est in polypo confirmato.*

VIII.

*Principium saporis num in figura elementorum  
hæreat, nec ne, disputatur, & in aeternum dispu-  
tabitur.*

IX.

*Bolis in morbis putridis pulcherrimum usum esse  
nego.*




## EXPLICATIO FIGURÆ.

- a) Ureteres.
- bb) Appendices vesicæ hinc inde repertæ.
- c) Loculum entum in quo
- d) Calculus prægrandis magnitudinis latuit.
- e) Orificia ureterum.
- ff) Primordia appendicis
- g) Apex calculi cystici.
- hh) Calculorum rudimenta.









Weise









**ULB Halle**  
008 565 791

3





DISSERTATIO ANATOMICO - CHIRURGICA  
DE  
*CALCULIS*<sup>3</sup>  
VESICÆ URINARIÆ  
CYS TICIS

D<sup>n</sup>. JOH.  
I  
ANATOMIÆ  
IN ACAD.  
DIE 26.

J OH.

Ex

